



21

# MODUM VIAMQVE REGIAM

AD OPTIMARUM ARTIUM NOTITIAM  
PERVENIENDI

## IN ACTU ORATORIO-VALEDICTORIO

Die 30. Septembr. 1701. hora 1.

monstrabit

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, PRUDENTISSIMIQUE

## DOMINI JACOBI Bierisch/

Torgensium Reipublicæ Consulis, qui jam cum im-  
perio est, meritissimi

FILIUS UNICUS UNICEQUE DILECTUS

## JOHANNES JACOBUS Bierisch/

Musarum Torgensium Civis dignissimus,  
quem ut benevolè audiant

Domini Mæcenates, Patroni, Fautores  
ac Amici,

Officissime perqve amanter invitantur,  
rogantur,

M. GODOFREDO STEINBRECHERO,  
Rector.

---

TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACH. HEMPI

STORIARVM HUGOM

MAGISTRA

WITTO HUGO A VENECIA

STORIARVM HUGOM


MAIORVM

WITTO HUGO A VENECIA

STORIARVM HUGOM

MAGISTRA

WITTO HUGO A VENECIA



Vantum optima fide conspicuis Praecepto-  
ribus laudis pariter atque astimii accedit, si bo-  
na frugis indolisque egregia Discipuli spe votoque fe-  
liciorem optimarum artium, in ipsa statim tenella ex-  
itate, progessum faciant; tantum contra maculz ipiorum  
exitimationi famaque ab imperitis Scholarumq[ue] olo-  
ribus apergi solet, si q[ue]ratis ligno rudi non ele-  
gans semper fiat Mercurius neque falsis qvicquam lava-  
in parte mammilla Arcadicu cadat pecori, (a) discipulo  
mirum, qui teste *Fabio*, (b) non magis secundum naturam homo editus, q[ue]zim  
prodigiorum corpus & monstrosis infigne, aut aliis malitia ac negligentia ma-  
culis infame. Omnia sane aures oculosque ferunt tantumque non faſinant  
exempla eorum, q[ue]s admodum pueros ad eruditio[n]is cacumen pervenisse  
legimus. Ita felicioris venæ Poëtam *Lucanum*, sex admodum menes natu-  
Romam portatum & celeberrimis Grammaticis Palemoni ac Cornuto creditum  
puclherimma infantia sua specimen edidisse, sunt, qui affirmant. (c) Fama illæ  
ac potentia insignis Romanorum primus Monarcha *C. J. Cesar* in puerita sua  
Herculis laudes scriptis celebravit doctissimis & acutam de Oedipo Tragedi-  
am conscripsit. (d) Nec ejus laudatissimus successor *Augustus* minor encomo  
dignus, utpote quem Historicus narrat à teneris non elegantes solum habu-  
isse Orationes, sed heroica etiam fortissimi Ajacis facinora Tragediæ illustra-  
tum ivisse, (e) q[ue]m qvidem, quippe infelice fidere natam, paulo post con-  
fiderit, hinc à qvdam Tragediographo interrogatus: Q[uod]modo se habet  
Ajax tuus, resp[on]ditse legitur: in *Spongiam* incubuit. (f) Tiberium Cearem anno  
xix etatis homo Parenti suo pro nostris parentasse, testis est Historia. (g) Naturæ  
istud miraculum *Iustus Lipsius*, duodecim annorum puer rām eruditas habe-  
bat orationes, q[ue]r eruditissimos in admirationem rapuerunt. (b) *C. Thomas*  
*Freigius* Vir de re literaria optime meritus Filiolam suam duodecim annos na-  
tam, non patucarum lingvarum, Latinæ cumpromis ac Græcæ nec non Artis A-  
ritmética ac Poësie[s] fati penitus fusile; ipsam autem à septem annorum fi-  
liolo brevi superatam profectibus esse memorat. (i) Exempla alia siccō jam  
pede prætereo, q[ue] non adeo ingenti nobis erunt admirationi, perpenden-  
tibus, tales adolescentes felicitate ingenii superatæ alios, ac egregia educa-  
tione gaviosos discendiq[ue] cupiditate incensos Magistris facile iuis eximiam  
peperisse gloriam.

- a) *Juvenal. Sat. 7.*      b) *Libr. 1. Cap. 7.*      c) *Prater alias Andr. Wilckius in Mo-*  
*sibod. Schol. p. 17.*      d) *Sueton. in ejus Vita Cap. 56.*      e) *Idem in Vita*  
*Augusti Cap. 84, 85.*      f) *Macrobi. Lib. 2. Satur. C. 4.*      g) *Sueton. in*  
*ejus Vita C. 6.*      h) *Lips. Cent. 1. Ep. 31.*      i) *In Prefat. Trif.*

Postea verò quam contraria nunquam non reperiuntur exempla eorum, qui licet non imberbes Juvenes, tot annos Scholæ & Classicæ & illustris subfilia prefferint, vacuum tamen verticem domum referendo ac reduces annis pannisque obſiti, frugesque consumere nati, nec Patriæ emolumento ſunt, nec Familia ornameſto: Non paucis ſane Parentibus ac Amicis ſubnascitur admiratio: unde tanti morbi malum fit; cumqve culpa in fidelissimos non raro ac probatissimos Praeceptores transferri ſoleat: ſenſa mentis noſtra paulo prolixius exponere, conſitui. Evidentē ſi natura noſtræ per lapsum corrupțæ depravationem reficiamus, cuius labo omnes cogitationes ac meditatio-nes non niſi in malum propenſi ſunt: mirandum non adeo eſt, ſi tot carcinomata, tot morbiſa pecora, tot vitorum mācipia ac ignorantia dedecora è Scholis ſapius prodeant. Quam labem etiam Gentilibus haud ignotam fulleſe palam eſt. *Cicerō* errorem, inquit, cum laete nutrīcū ſuixiſe videmur, & ille τον ποντὸν τεργικατό. (k) *Euripides* in Hippolyto ſcribit:

Φεῦ τῆς Βεργίας Τί περέστησαι Φρέ σε;  
Τί πέμπε τόλμον καὶ θεάσθως φονεύει.

Heu! quo progreditur humana mens;  
Quis finis temeritatis & audacie erit.

Cui ſuffragatur Flaccus, dannoſa, inquiens, quid non immiuit dies? *Aetas Parvorum* peior avia, ſulit nos nequiores, mox datus progeniem uitiosorem. (l) Id quod autem omnium optimè depingere ſcrit Michael Neander, Rector Scholæ Ilfeldensis benē meritus, ita ſcribens: (m)

Εἰς γδ ἀνέρι δυοτεῖν ἵκανο  
πτίδες, εδ' αὖτις διδαχῆς τε καλοῖς  
Οὐδὲ πληγαῖς, εδ' ὑπολήπταις  
ἐκπονέονται.

Ultimas ad nequitias juventus,  
Vexit, haud laudam ſtimulis neque ullis  
Sive virgis ſive minis pericli  
ducta moveatur.

Interim, ſicuti Schola huic male mederi potest, ac proinde bona fidei Praeceptoribus ſolatio non cedit minimo, ſi ē ludo ſuo, tanquam ex equo Trojano quamplurimi laude probitatis, eruditioſis morumque ſavitatis confiçui Juvenes prodeunt, & probi Parents, Filii ſuis ornatissimi patrios Lares repetentibus, cum Matre Gracchorum *Cornelia* praefincere gaudio exclamare queunt: *Hac noſtra Ornamētū;* (n) ita benevolo Lectori ingratum non fore ſperamus, ſi, quantum anguſtia paginaſe favet, Caſas, quamobrem non pauci Discipulorum degenerent alijſque eruditione non paria faciant, liberius ex promamus palmarias, è quibus Familiam quafid uictoria Parentum & in prole ritè educanda negligentia, quando nimur in opibus corradens alijſque rebus, quas offici ratio imponit, dies noctesque occupati, de pietatis exercitio & legitima proliſ educatione minus ſunt folliciti, calceum ſilicet curantes, pedem negligunt; vel pefimis exemplis praeuentis feneferas ad omnem nequitiam aperunt. imp̄mis, ſi omnibus pueros convivis adhident, immodicis, ubi frenue potarunt, joci & cachinni clamoresque ſtentorei tam ſepe ſordidi, ut pia mens aurisque ab illis recte abhorreat, miscentur, ubi alter alterum magnis urget cululis, laceſſit convitii, ſcyphos in caput alterius impingit, &, ſicut vinum non habet pedalia, ſed dicto Prophetæ cor aufert,

k) *Ariſtot. L. l. de Poet.* l) *L. 3. Od. 12.* m) *In Carm. de Miferia Pedagogorū.*  
rum. n) *Cic. in Bruto.*

fert, (e) ita Parentes temulent, manibus trementibus, vacillantibus pedibus,  
genibus labantibus, & manibus pedibusque officium suum haud facientibus,  
a pueris se suis domum duci curant, mentisque haud compotes cum uxore,  
aut jurgitant, aut vino incalcentem astuantemq; ventrem in libidinem de-  
spumare finunt, non animo volentes monitum. Apostoli: uxori cum ratione  
cohabent mariti, monentis. (p) Quid igitur mirum, si pueri qvorum mal-  
fa è lapisi aliquoq; corruptissima, Parentum vestigia legere premereq; di-  
scant? Quid mirum, si ex arbore mala malus succretat fructus. Hinc Phi-  
losophus ille adolescenti petulce agenti dixisse dicitur: *Pater te servis ebris.* (g)  
Et sane si optimorum maximeq; sollicitorum Parentum liberati a paternis qvan-  
doque Virtutibus deciscunt, ita ut communis tritum sermone proverbiū ve-  
ritati non raro respondent: *Heroum Filiī noxe*: siquidem *Cyre* flaudatissimo  
Principi successisse illadatum Filium *Cambyses* legitimus, & *Augustum* Imp. qvō  
meliorē Roma ethnica vix vidit, filiam suam neptemq; *Julia* cum nepote  
*Agrippa*, ob invāsum vitā flagitiosissimā turpitudinem, in Insulam relegasse,  
easque tres vomicas & tria carcinomata sua appellasse: *Anonimū Philosophum*  
Patrem optimum Filium reliquie pessimum *Commodum*, verē Incommodū,,  
cujus nequitia ac contumacia compescendit, licet novem Praeceptores omnem  
curam operamque impenderint; ipsum tamen plus mille novem vitis obru-  
tum fuisse, ut nec ullum excogitari posset vitium, cuius expers fuisset, Ju-  
dice *Antonio Guevara*. (r) Qod si, inquam, Parentum vel optimorum cura,  
pessime siipius cadat, qid spēriāndū est Praeceptoribus etiam fidelissimis ac  
vigilantissimis, si Juvenem vitis affuetum, aut ex pessima radice ortum me-  
liori statim forma reddere debeant. Sicilis Tyrannus truculentissimus *Dio-  
nysius minor*, cum *Dionem* Syracusanum in exilium egisset, Patrisque odio Filii  
um *Hipparīnum* sic educari curaserit, ut indulgenter turpissimos imbueretur cupiditatibus: Pater Dion reditrus patri Filio suo deperditō sollicitissimos quidem  
custodes apposuit, ad meliorem ipsum vitam reducturus, at hujus illi dici-  
plinæ impatiens è superiori se ædium parte precipitans, pessime perit. (s)  
Uti igitur à teneris afflēscere multum est, (t) & quo facilis tenellum furcu-  
lum in quamlibet partem flectere licet, (u) ita eò difficilis Schola Magistris  
accidit, si conservudinem, in naturam qua abit, diuturnam mutare, longo-  
que usū corruptos mores ad meliorē frugem revocare debent, imprimis si  
accedat nimia Parentum indulgentia, ipsi qui justi largiore pecuniam ero-  
gantes, aut ad nurum, quascumque volunt, epulas conquistissimas praben-  
tes, permittant jubentq; ve, ut famulus famulaque illis blandiatur, aduletur,  
Dominos ac Principes appelleb;: qui thesauros ipsiis communisstant, & vix ex  
ephebis egressi spem puluile genere opibus & formā florentis potundiā fa-  
ciunt, aut, si pulvis scholasticis ipsiis tēdo esse capit, ante diem, in sanguinis  
juvenilem fervore ac voluntatibus astuant, fine ullo morum custode in Aca-  
demias mittunt, libere, quocunq; voluerint, evagari patiuntur, & ad o-  
mnia ipsorum vitia connivent, dolentes, si filiolο delicatulo zgrē forte fiat,  
eaque propter, quavis ipsius haud ignotum esse debeat, animam scholæ dis-  
cipulari esse, qua diliḡpa, ne nomen quidem imperiumque Romanum satū munū-  
confessors posse, recte judicavit Imperator ille; (v) Praeceptores tamen verbis mi-  
nisq; cogunt, ut zgrō indulgentiores in filiolos sint vel licet contumacissimos,  
vel negligētissimos. Quare non ultimam causam, quamobrem Tirones vo-  
to minus in literis bonisque moribus proficiant, esse constat, si autoritate &  
opibus florentes Parentes, aut omnes qvibus falsus scholarum cura cordique  
esse

(o) Hof. 4. v. 11. p) 2. Petr. 3. v. 7. q) Ap. Plurarch. de Educat. r) In  
Horol. Princip. s) Corin. in Dion. t) Virgil. u) Saavedra  
Symp. 2. Polit. w) Alex. Severus.

esse debeat, officio suo divinitus demandato defunt, de cibis non male  
 Andreas Wilkius, Vir eruditissimus: (x) Sollen iest in die Schule gehen / da sie  
 alt sind / giengen nicht gern hinein / da sie jung waren, haud accuratio animi  
 lance perpendentes, salutem se suam debere scholis, ut sonarum artium fonti-  
 bus, quibus obstructis, & Rempublicam dilabi oporteat, teste Philosopho; (y)  
 nec minus, Seminariis ac Plantariis Ecclesiarum veram publicas, atque adeo op-  
 mis & longè pulcherrimis Civitatum & Provinciarum armamentariis, sciro Reuefisi. (z)  
 Quid? si Parentes tela in scholas sua vibrare earumque Doctores vili pendere,  
 odisse, verbis duris & acerbis ab aspectu congregatuqe pellere, malè de illis  
 passim sentire, illos perfegyi ac defraudare haud dubitant, quippe ultimæ  
 fortis ordinem, cui, licet injuriam patienti, ne misitare qvidem hiceat; quo-  
 rum è grege fuit Bodinus, qui Virtutem de Juventute ac orbe literato meritissimum  
 Neandrum, sat contumeliose hominem de scola appellavit. (a) C. Caligula pessi-  
 mi Imperator tantum in scholas odiun erat, ut de Homeris Carmibus extir-  
 pandis cogitaverit, Virgilium ut nugatorem, Livium ut negligenter scripto-  
 rem repudiaverit, damnaverit, & Seneca Orationem fine calce dixerit arenam.  
 Hos scilicet literarum contentores esse confat, qui cum Papa illo, Paulu II.  
 omnes sapientia thesauros scripioris sui reconditos jamjam, & cum la-  
 Eté materno implantatos esse judicant; vel quibus infacia sua odiun erga li-  
 teras parit, cum Licius Imperator infinitissimo literarum hoste vix idoneis, qui  
 nomen decreto siu possint sublēberi, ad Moscovitas relegandi, sat eru-  
 ditionis Sacerdoti esse arbitrantes, si caput quoddam Biblium aut Evangelium  
 legere sciat: cum apud illos lege interdictum sit publice de re aliqua  
 concionem habere, hinc non multi abhinc annis Protopopa (qui Russi facer-  
 dos est) nomine Logiu cum Collegis suis pro Cathedra sacra plebem informans,  
 re ad Patriarcham delata, ab officio remotus una cum sociis in Siberiam rele-  
 gatus est. (b) Qva qvæ sciendi discendiqve voluntate inflammarit proles  
 à tam acerbo stolidoque literarum contentore, persecutore prognata, licet  
 vel mille Magistri manum arato, qvod dicunt, admovant, omnem tamen  
 frustra sument operam: qvoniā vulgo, qvod dicitur, band procu à syre &c.  
 Filius Ludovici XI Galliarum Regi radio artium humaniorum vel ideo capie-  
 batur, qvod Pater ejus, homo fardidissimus Multas abhorres, fattorem pro  
 Feciali, tonsorem pro Legato, & Medicum pro Cancellario habebat, (y) à quo  
 parum abfuerunt Autlici qvondam Württembergici, qui Eberhardino Duci La-  
 tina Lingua studium permittere noluerunt, illiaco perfidientes, fatis esse, si  
 sciret Germanicè legere ac scribere. (b) Et longè stolidorem se gesit Senator  
 ille, qui non adeo opus esse literaris censuit: quandoq' aq' ligno inscri-  
 bere res, ac charis licet, cui autem responsum dedit non nemo: lignea capi-  
 ta dant lignea judicia. (t) Quantum eruditiois ac prudentiæ liberis, à tam  
 stolido Parente orti, esse potest? pricipuè, cum hic auri facta fame impul-  
 sus, sumtusque luxuratus prolem suam vel nulli Præceptoris, vel inepto futi-  
 lique tradit, aut, parum jacto pietatis artiumque fundamento, scholis exi-  
 mit, tam avidus qvæque, ut prius è pumice aqvam extorferis, qvam  
 plumbeum ex illo numulim? (c) Qvemadmodum itaque avaritia omnium  
 malorum radix est, &, teste P. Syro avarus in nullos bonus, in se pessimus est:  
 ita & hodie cum Crate Thebano illo Philosopho (d) in altissimum locum con-  
 scandendum esset & proclamandum: Quo tenditis homines, qui pecunia acquire-  
 da liberi que relinquent omne impeditis studium; ipsorum autem educationem siue  
 deq'p

x) In Method. Schol. p. 48.

y) Aрист. in Polit. 8.

z) In Encanis novæ Exe-

dra Jonesi. a) Ap. Oeschileg. Hierog. 38.

b) Olear. in Liner. Pers.

L. 3. c. 25. y) Lans. pro Hispan. p. 246.

d) Idem Orat. conr. Germ.

p. 901. e) Wilkius l.c.

f) Planc. g) Apud glazarch.

*de que habetis.* Id quod etiam Diogenes Megarensibus objiciens, se malle, inquit,  
*iporum hincum esse, quam filium*, & dochissimus Plutarchus magno in tales ope-  
*re invehitur Parentes*, qui accuratam rei familiaris augendationem quidem  
*habentes, peritissimos nunc Agricolas, nunc nautas, nunc institores eligant*  
*ac constituent; quando autem vel in trivis invenerint mancipium vinoium*  
*& gulosum, proli informanda ineptissimum, aleatorem, helionem, huic com-*  
*mittant filios.* Scriptor hic prudentissimus (*z*) avaritia id tribuit, hinc *Arihip-*  
*pum* refert Patri cuidam, se interroganti: quantum mercedis pro Filii sui insi-  
*tutione posceret, respondisse: milie denarios, Patreque exclamante: O Hercu-  
*les, quantum hoc pretius! possum ut milie denarii mancipium emere?* regessile: *prinide*  
*habebis duo mancipia, filium nempa tuum & id, quod emer.* Pudeat profecto ejus-  
*modi Parentes, non rectiorum secum via reputantes, optimam hereditatem à Pa-*  
*rentibus tradi liberis, omnique patrimonio prestantiorem, gloriari nimirus. Virtus re-*  
*runtque gestorum, ut recte judicat Tullius, (*A*) & rectius Rabbi Neborai, ego, inqui-  
*ens, (*u*) catervis in mundo reliqui omnibus, filium meum in sola Lege Dei insituo: quia*  
*homo edis de mercede ejus in seculo presenti & cornu ejus fiat in seculo futuro.* Nec  
*injuria B. Lutherus: (*v*) Vorhün/ da man dem Teuffel dienete und Christus Blut*  
*schändete/ da stünden alle Beutel offen/ und war des Gebens zur Kirchen und Schu-  
*len und allen Brüdern keine Masse/ da kunte man Kinder in die Kloster/ Stifte/ Kir-  
*chen/ Schulen treiben/ fassen und zwingen mit unsäglichen Kosten/ da alles verlohr*  
*war.* Nun man aber rechte Schulen und rechte Kirchen soll stiftien/ ja nicht  
*stiftien/ sondern allein erhalten im Gebau/ denn Gott hat gesifftet/ und gnung dar-  
*zu gegeben/ auch zu erhalten/ und wir wissens/ das Gotts Wort ist/ und das es die*  
*rechte Kirche gebauer heiss/ Christus Blut und Marter geehret: Da sind alle Beut-  
*el mit eisernen Ketten zugeschlossen/ da kan niemand zu geben/ und über das auch*  
*Kinder davon müssen. Et aibi: (*z*) Die Hölle ist nicht leichter verdienet/ als an*  
*seinen eigenen Kindern. Derhalben ist es hoch von nothen/ einem jeglichen ehli-  
*chen Menschen/ daß er seines Kindes Seele mehr/ tiefer/ fleißiger ansähe/ denn das*  
*Fleisch/ das von ihm kommen ist/ und sein Kind nicht anders achtet/ denn als einen kostli-  
*chen Schatz/ der ihm von Gott befohlen sei zu verwahren/ daß ihn der Teuffel/*  
*die Welt und das Fleisch nicht stehlen und umbringen. Denn erwird von ihm geso-*  
*dert werden am Tod und Jüngsten Tage/ mit gar schärfster Rechnung/ denn wo mey-  
*nest du/ daß herkommen wird das schreckliche Heulen und Klagen derer/ die da ruffen*  
*werden: O seelig sind die Leiber/ die nicht Kinder gebohren haben/ und die Brüste/ die*  
*nicht geäuget haben! Luc. XXIII, 2. Ohne Zweifel darum/ daß sie ihre Kinder nicht*  
*wieder zu Gott gebracht haben/ von dem sie zu behalten empfangen haben. Nihil*  
*proinde causa erit Parentibus, cur mirentur, si maledictio a vindicta divina so-*  
*cordiam ac avariciam suam subseqvat, & refamiliari in pejus indies ruente, Fi-  
- lli bipedum nequissimi evadentes, male parta, aut Præceptorum detentam merce-  
dem male perdant, dilapident, plusque opera Veneri ac Baccho, quam pietati bo-  
nisque artibus navare gestant. Properamus etenim ad aliam causam, quæ opti-  
marum artium probet ut remora est ac impedimento haud exiguo, ipsa nimirum  
discipulorum protervitas, malitia, aut, ingeniorum ceteroquin fatis proborum  
tarditas. Timorem Domini initium sapientia, (*z*) & pietatem ad omnia utilem  
esse, (*z*) sacra testantur paginae. Hinc sapientiam una cum laudabilibus litera-  
rum incrementis frustra sperari, expectari à discipulo sibi vivente, otio ac laici-  
via indulgentiae, aut ingenii stupiditate laborante, in propatulo est. Quidam  
dum enim (*z*) in Medico vel probatissimo, non est, semper ut ager relevetur: ita neque in Ma-  
gistro cura manuque possum, ut & quovis rudi ligno fiat Mercuriu, & juvenitius, tam inepie-**********

*z) De puer. Educat.*

*A) L.1. Offic. c.24.*

*u) Kidd. C.4. Sect. XIV.*

*v) Tom.*

*V. Altenb. fol. 317. & 318.*

*z) Tom. I. Altenb. fol. 301.*

*o) Psalm. III, 10. Syr.*

*I, 15. x) I. Tim. IV, 8.*

*g) Ita B. Frid. Hildebr. Cem. 3. Ep. 75.*

interdum, insulse ac pertinaces vitia, qve sunt incititia & malitia, emendentur, tollantur; si pareinax literarum odium, si fugia laboris, qvo solo artium arcis expugnatur, viam pueri emergendi præcludant, nibil aut minimum certe Informator docendo, cœligando proficit, læserem lavabit & oleo operaque perdisit, fles & vota sua irita, in ventos abiisse dolabit. Dolore autem afficiant Præceptorem, discipulos pudeat, pudeat salutem suam tam impie prodant; cum tamen à teneria ungvicularis didicerint, non bene ideo sibi fore, nec diu vivos inter commoratuos; pudeat, non in animum revocantes, orium sine literis mortem esse, & vivi hominis sepulturam: \* qvoniam hominem inter mortuum & otio deditum nihil interesse reçet; judicat prudentissimus Seneca, id eoque villam *Vatis*, nulla re alia, quam otio noti, pratergrefsus, bic situs est, dixit, (c) *Vatis*, quamobrem, uti *Plato* ille divinus discipulus schola sua exeuntes monuit: videte in re honesta collocari oīum, & sic ut Socrates apud *Ariophanem*, qvendam ad Philosophia studium exhortatus, ita allocutus est:

Ἐπιστολὴ δὲ περὶ τῶν γλυκύων ἀρωμάτων,

Oculis abefeo dulcia, ar nocens sopor:

ita qvilibet discipulorum, cui vel mica sanx mentis supereft, meliora monenti Præceptori aurem semper patulam præbeat, ac Symbolum M. Aureli Numeriani foribus Musi vel potius animo inscribat: esto, quod audie, nisi & sibi dictum velet, qvod Alexander M. ignave militi dixit: aut nomem tuum, aut mores; optimè gnarus, dormientem, dicto *Platonis*, nulla re dignum esse, nec otium solum dare, qvita corpus ignavum corrumpere, ut vitium capiunt, ni moveantur aqua, (c) sed amoris etiam flammis inflammati inerti otio. Hinc Cupido interrogatus, cum ceteros Deos Deasque telo suo fauicos ad amandum impulerit, Dianam autem intactam semper reliquerit, respondisse fertur: eas me nunquam otiosam offendisse, venariam etiam sub sole frigido maenentem. (v) Et qvamvis felici adeo ingenio non floreat discipulus, industriam tamen ac pertinacem laborem omnia feciat vincere, nislque tam difficile esse, qvnq; qvarendo posse investigarier. (C) Mætrū tu nū, ait Periander ille Corinthius. Qvocirca non Symbolum modo illud Imperatoris Septimii Severi fūm faciant literarum cultores: *Laborerū*, aut laboriosissimi *Lipisi*: *Labor & Constantia*; sed exempla etiam Virorum, qvos pertinax labor ad fastigium eruditioris proverit, imitanda sibi proponant: *Demoſthēni*, qui natura impedimenta antelucana vicit industria, plusq; olei qvām vini absumisit: (v) *Tullii*, non somno, inqvientis, raco, sed succubo, oculosq; vigilis despatigatos in ipso opere desineo: (x) *Plini Majoris*, qven *Minor* scribit somni parvissimi fuisse, non nunquam etiam inter sp̄a flida inflantis ac despatigatis. Verum enim vero qvotus quisque discipulorum hodie, dolor! est, qvi ex aliis exemplum sumit, ex uſu qvod fieri suo, (c) liet Atheniensium legislator *Draco* præfens sit, & capitali otiosos supplicio, ut oīum, afficijuberet, licet *Paulus*, stric̄ gladio, viētum non laboranti negaret; pleiq; tamen Vacune ac Murcia aram exigere amant, ignavifuci atq; inutilia tandem terra pondera.

En *Letter honorande*, Remoram studiorum, qvam Parentes non minus, qvām ipsi literarum studioſi, (aut potius otioſi) plerique injiciunt. E qvorum numero haudq; qvām fuit Juvenis, ab inde bona, ac laudabili literarum profectu commendandus:

JOHANNES JACOBUS GIERISCHIUS, Torg.

hinc, uti ipsum judicavimus dignissimum, qvi graviora in Academia aggredetur studia, ita & benignissimam ad Albinum Almam amplexurus, ultimumq; Musis nostris Vale dūcturus, de modo viaque, qvam ipse ire confevit, in optimis artibus proficiendi dicet, cui benevolam mentem auremque præbeant O. O. Honoratissimi, amantissimique Musarum Patroni ac Amici, ea, qva par est, humanitate obsecramus. Dab. Torgavia A. O. R. M. DCCI. Die V. Kal. Octobr.

\* *Sen. Ep. 82.*    c) *Epiſ. 55.*    ♂ *Ovid. L. 1. de Ponto.*    v) *Lucan. in Dial. Sup.*    ♂ *Ter.*  
Alt. q. Sc. 2. *Heaut.*    x) *Cic. L. 2. Tuscul. Quæſ.*    ψ) *Senec. Ep. 8.*    w) *Ter.*



78 M 437



TA → DOL

kein Rest.

nur 51. Stk veranlagt bisher



WPA



# MODUM VIAMQVE REGIAM

AD OPTIMARUM ARTIUM NOTITIAM  
PERVENIENDI

In Actu ORATORIO. VALEDICTORIO

Die 20. Septembris. 1701. hora 1.

aftrabit

R I

LMI, PRUDENTISSIMI QVE

**COBI** *Bierish*/

Consulis, qvi jam cum im-  
meritissimi

ICEQVE DILECTUS

**COBUS** *Bierish*/

n Civis dignissimus,  
evolè audiant

s, Patroni, Fautores  
nici,

amanter invitantur,  
atur,

STEINBRECHERO,  
re.

*A,*  
*ZACH. HEMPL*

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

